



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs  
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

1. Quòd credere debemus, quòd Christus sit filius Dei verus, vnicus & naturalis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

1. Quod credere debemus, quod Christus sit filius Deus verus, unicus & naturalis.
2. Quod Christus sit Dominus noster.
3. Quare vocatur Iesus Christus filius Dei.

x.



Mnes credere tenentur Iesum Christi esse verum filium Dei, sic enim ait Ioan. 1. In principio (scilicet, quando Deus creauit creaturas, iam) erat verbum & hoc erat ab eterno apud Deum & Deus erat verbum: omnia quoque per hoc verbum creata sunt. Sic Ioan. 10. ipse Christus dicit, Ego & pater unus sumus, in natura scilicet, & Ioan. 14. Philippe, qui videt me, videt & patrem meum: & iterum, si credideritis in Deum, & in me credite: ergo & Deus, & 1. Ioan. 5. Hic est verus Deus & vita æterna, & ad Hebrei. 1. vocat Apostolus filium splendorem patris & figuram substantiae eius. Totum Euangeliū D. Ioannis & ubique scriptura probat, Christum esse filium Dei & verum Deum: ideo hoc credentibus promittitur vita æterna: Ioan. 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant teolum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Damnati ergo sunt omnes Iudei, qui negant Christum esse filium Dei, & etiam dicunt illum esse peccatum, Ioan. 9. & Samaritanum, Ioan. 8. ideo dicit illi Christus: si non creditis, quod ego sum verus Deus, in peccatis vestris moriemini, Ioan. 8. Sic Photinus hereticus, dicebat Christum esse sic filium Dei, quemadmodum sunt omnes sancti viri & homines, qui bene viviendo per adoptionem efficiuntur filii Dei, sicut dicitur Matth. 12. qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse meus frater &c. At scriptura dicit, quoniam natus est nobis saluator Christus unicus Deus filius, plures sunt filii adoptiui, & unus naturalis & consubstantialis: & ideo dicitur unus, quia

Lucæ 2.

solus ipse  
dem effi  
Christus  
quoque  
tatem: P  
ipsum cr  
substanti  
damnabili  
Dicitur  
quisiuit p  
peccatum  
huius mi  
stus sua r  
puit, Lu  
rum, & t  
quo hab  
ptionem  
precio er  
bis factu  
re redim  
sibi popu  
perum, a  
Christus  
mortuis  
& honor  
que san  
meus &  
Dominu  
us auten  
stro Iesu  
ac pomp  
nim Chi  
sider sup  
doneco  
detur, i  
Iesum C

solus ipse est naturalis filius Dei: Nos quidem per fidem efficimur filii Dei, I<sup>o</sup>an. 1. scilicet adoptui. At Christus est natura filius Dei, inquit Augustinus, sic quoque damnantur Arriani negantes Christi diuinitatem: Primus igitur Articulus fidei de Christo, est, ipsum credere esse verum & unicum naturalem & cō substantialem filium Dei: & qui de hoc dubitat, damnabitur.

Dicitur Christus & est Dominus noster, quia nos ac quisivit precioso suo sanguine: eramus enim propter peccatum sub Dominio Sathanæ, qui dicitur princeps huius mundi, & regnum habet tenebrarum: at Christus sua morte vicit Sathanam, & spolium eius diripuit, Luce 11. & sic eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfluit in regnum filii dilectionis suæ, in quo habemus remissionem peccatorum & redemp-

tionem: non igitur sumus nostri iuris: nam magno

recio empti sumus, I. Corint. 6. & Dominus est no-

Coloss. 1.

bis factus Christus, qui dedit semetipsum pro nobis, ut redimeret nos ab omni iniquitate, & purificaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, ad Tit. secundo cap. Sic enim scriptura dicit: Christus mortuus est & reuixit, ut & viuentibus & mortuis dominaretur, Roma. 14. Et Psalm. 8. Gloria & honore coronasti eum, & constitisti &c. Sic quoque sanctus Thomas Ioan. 20. inquit: Dominus meus & DEVS meus, utrunque naturam confessus: Dominus, quia redemptor à Dominio Sathanæ: Deus autem, quia creator. Igitur sub illo Domino nostro Iesu Christo militamus & viuimus, & Diabolo ac pompis eius in Baptismo valediximus. Habet enim Christus regnum fidei, in quo ut Dominus præsidet super fideles, & illis distribuit dona ac protegit, donec omnis principatus euacuabitur & patri redetur, I Corin. 15. Propter illum Dominum nostrum Iesum Christum pater nos iustificat, & miseretur,

& pec-